PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 234r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



poetica uidentur. Hec quidem una causa est. Altera priscis nimium
uti: ut Lycophron: perres dico uir montibus instare et Sciron uir uastus
et alcadonas: ludicum poeseos et ipsam naturae stoliditatem: et ar-
denti mentis ira exalterbatur. Tertium in epitetis. Cum aut lon-
gis aut alienis aut frequentibus utimur. In poesi enim decet albu
lar dicere. In oratione uero soluta non nulla in decora sunt. no
nulla si crebrius ponuntur: arguunt ac patefaciunt modum poeticum.
sed quoniam opus est ipsis uti. Tollit enim quod usitatissimum
est et facit ut elocutio grauior uideatur. Habenda est medi
ocritatis cura: ne penitus efficiant quod si frustra diceret. Nam
male dicere illis efficitur: hys non bene. Adiecto quae stipsit ala
damas: frigida uidentur. Non enim bellatoris sed quasi cabaros
utitur epitetis nalde crebris ac patentibus: et amplioribus quam res
postulat. Non enim sudore dicit: sed sudorem humidum. Nec in
isthmia: sed in isthmio circo splendiditate. Nec leges: sed leges
ciuitatis reges. Nec turribundus: sed impetu animi turibundus.
Nec auditorium: sed naturae auditorium. et tristem sollicitudinem
animi. Nec gratiae sed plebeiae gratiae conditor: et gubernato
audientium uoluptatis. Nec ramis: sed silue ramis obuoluit.
Nec corpus tegebat: sed pudenda corporis. Et honorabilem
animi cupiditatem. quod simul et compositum et epitheton est.
Fit igitur poema: et sic. Prauitatis adimenerunt excessum.
Nam poete propter indecorum ridicula et frigida confingunt
atque apponunt. Et ad hec obscura propter migrationem. qui
enim quis auditor intelligat tamen interponit: diluuidatae
obscuritate dissoluit. Utimur aut compositis: cum et res in
nominata sit: et dictio ad compositionem apta: ut immorai
paricida. quod etiam si crebrius sit: omnis poeticum est.
Curare opposita dictis dithirambicis est peculiis inflati nam
isti sunt. Prista uero heroicis. dignitatem enim ac mag
nitudinem affert. translatio aut iambicis: quibus nun
utuntur: ut dictum est. Sed hec in translationibus quando fri
giditas fit: cum no queniant. Aut quia ridicule: quibus
comici utuntur. aut quoniam inflati nimis: ac tragice